

thesauranos perpetuo recondita iaceat, vix unquam resurrectura. Vides ergo quam negotium nostrum honorum virorum Sedula ope multum opus habeat, qui nempe apud eam partes nostras agant. Tua autem hactenus toties mihi comperta benevolentia animum mihi fecit ut audacter (humillime tamen) opem tuam, non meo duntaxat, sed et omnium qui hic sunt, nomine implorem, cum praedicto Regis nostris legato, singulariter hac super re agas, causamque nostra suscipias, et ut speramus, in bonum eventum perducas. Certe hanc non Existimo tam temere negligendam, utpote quae toti patria nostra perpetuo commodo esse possit.

Nullum te hac in parte aptiorem censui, utpote cui patriae nostrae et salus et incrementum tantae prae reliquis curae est, et quem summa ingenij indoles, sapientia et doctrina, tam fervidum bonarum litterarum, amatorem reddidit Merito ergo ad te appullimus, Restat ut me meosque indubitatis tuis favoribus enixe commendo, Divinam numen interim, deprecaturus, eo, quo nunc es, in statu te conservet. quo exiguis nostris obsequijs opus non habeas.

Kopie, von der gleichen Hand wie AH 72/175 - AH 72, 403^V-404^V

177

1635 April 1., [Abtei] Muri

A

SCHREIBEN VON [PRIOR] BENEDIKT [LANG AN DEN ZUGER AMMANN BEAT II. ZURLAUBEN]

"Quem S. Mater [Euphemia H o n e g g e r] ... pro paschalibus festis [=8. April] petit filium [H e i n r i c h II. Zurlauben - dieser studierte damals in Muri -], non possum negare, licet libentius hic vidisse, sed cogitemus esse Matrem, et condescendam modo non pater sit huius mentis. Filius Henricus se bene gerit, laudabilis studet et proficit, quis et qualis animus illi ad Monasticen, quaerent Parentes, difficultatem apud nos faciet nimis. propinqua consanguinitas Nostri P. Athanasij [B r a n d e n b e r g, von Zug], porpterea si vellet ordinem hic non posset obtinere, utilissime illi providens alibi, quia nimis maturi, et anno si non libens suscipiens in nostris Monasterijs, man wird sagen Zu Mury hatt man in brucht, Jez schickt man in anderstwohin. Si vero, velit statum saecularum tunc relinquo hic quam diu placuerit. Occasionem conservationis libens videbo, Ego si mei esset vicis tam diu non differem."

Kopie, von der gleichen Hand wie AH 72/176 - AH 72, 404^V-405^F